

C E N T V R I A
P R O P O S I T I O N V M

D E *

O P E R I S N O V I N V N -
T I A T I O N E.

Q u a m.

T r i n o & V n o P r æ s i d e ,
E x d e c r e t o , & G a u t o r i t a t e A m p l i f -
s i m i S e n a t u s J u r i d i c i
I n c c l e b e r r i m a B A S I L E E N S I V M
A c a d e m i a

P r o c o n s e q u e n d i s i n U T R O Q . J V R E
D O C T O R A T V s I n s i g n i b u s &
P r i v i l e g i i s

P u b l i c ē d i s p u t a n d a m e x h i b e t

P H I L I P P V S R E Y S E R V S
M a r p u r g e n s i s H e s s u s .

14. Februar. In aula I Citorum loco, horisq; solitis.

B A S I L E A E ,
T y p i s I A N I E X C E R T I E R .
M . D C . V I .

NOBILI ET MAGNIFICO

JURIS CONSULTO

DN. GEORGIO OBRECHTO

Argentinæ Reipub. Advocato eximio:

Academiae Antecessori primario: Col-
legii Thomani Præposito re-
verendo, &c.

Cognato suo omni honoris & obfer-
vantię studio colendissimo

S. P. D.

TANTA est tuorum in me beneficiorum copia & magnitudo, Vir Amplissime, ut illa pro dignitate vix aliquot paginis, ne-
dum per paucis hisce lineis, perscribi & concelebrari queant.
Illud verum est, te non cæteris solū rebus meis multū
commodasse & subsidio fuisse: sed vel maximè etiam, cùm aliis tem-
poribus, tām integrō illo triennio quoque, quo tecum in convictu me
habuisti, studia mea consiliis tuis convenientissimis ac saluberrimis in-
stituisse, adjuvisse, promovisse. Quare hēc Inauguralis mea disputatio
jure meritoq; nomini tuo præcellentia inscribenda & dicanda fuit, quò,
dum p̄dictis tuis in me meritis respondere nullā ratione valeam, tamen
aliquid saltem extaret, ex quo animum meum gratum, observantem,
tibiique penitus devoutum estimare & intelligere possis: quò prætereā
etiam qualiter cunq; animadvertis, quantā observatione ego studia tua
planissima utilissimaq; haec tenus curārim, & pro virib⁹ fecutus fuerim.
Offero igitur Tibi, Summe Jurisconsulte, Cognate in primis colende,
præsentes meas de Operis Novi Nunciatione centū Propositiones,
cā quā par est observantia rogans, ut illas p̄o innata tua humanitate
bevolc suscipias, lectio neq; dignas judices: me vero amore singulati,
uti in hunc usq; diem semper factum est, ita & in infinitum complecti
constanter pergas. Vale & Nestoris usq; ad senectam felicissime vive.
Scripsi Basileæ 7. Februarii Anno 1606.

Tuae Excellentiae addic̄tiss.

PHILIPPVS REYSERVVS,



THEISIS I.

SCIRE quid facias, & nescire quo ordine facias,
imperfectæ cognitionis est.
ait Bald. in proœm. Digest.

II.

Resoluturus itaq; materiam DE OPERIS NOVI
NVNCIATIONE celebrem, utilem & obscuram (*ita
enim Duarenus loquitur*) id methodo faciam, ut spero, satis
tolerandā. Ad rem ergo.

III.

Operis autem novi nunciatio, omissis aliorum DEFINITIONIBUS, hic erit Legitima prohibicio a) operis novi sistendi causā b) facta. a) *I.i.§.17. I.20.pr. ff. de op. nov. nunc.* b) *I.5.§.4. I.8.§ 4.d I.20.eod.* Nunciationis vocabulum cum vulgo ita accipio, ut eo sequens veniat trimembris distributio. Et in tota hac disputatione illud verbum ita generale erit, nisi aliud appareat.

IV.

DIVIDITVR secundūm Dd. in verbalem: in eam quæ sit jactu lapilli: & eam quæ sit per Prætorem. a) Sed cùm verbalis tantùm propriè sit nunciatio, ita ut ejus intuitu posteriores duæ non in jure nunciationes, sed prohibitiones dicantur, b) pingui Minervā jam dicto modo nunciationem divisam, rectius distinctā dicemus.

a) *gl.Bartol.Zaf. & Dd.* b) *I.5.§.meminisse. ff.b.t. Duaren.
Ceras.Robert.contra Zaf. Inf.*

V.

Et verbalis quidem iterum fieri potest, vel inconsulto Prætore, vel præcedente Prætoris jussu. Hæc quæ sit Prætoris jussu, alia est à prohibitione, quæ sit per Prætorem: quia illa nunciatio est, & quam is cuius interest